



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignvm Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiae**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Emblema V. tabul[a]e ad dextera[m]. De institutione festi Dedicat. Eccles.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

## Emblema V. Tabulæ ad dextram.

De institutione Festi Dedicacionis Ecclesiæ.

*Domus enim Domini decet sanctitudo. Psal. 92.*

VANTA cum solemnitate, iubilo, ac diuerso sacrificiorum ritu, tum augustissimum illud Salomonis Regis templū, tum Iudæ Machabæi, dedicata fuerint, quam sanctè, & deuotè ab illius sæculi Iudeis Anniuersariæ dedicacionis eorum festiuitates custodit, quâq; semper sartetectè ad Christi Domini usque tempora hæ noui Euangelij umbræ, & figuræ permanserint, apertissimè docent, cum Veteris, tum Noui Testamenti pagine, quod ipsum considerans hic Sanctus Pontifex, ut in nullo ex veteri Euangelium, Mosaicæ legi, Dedicacionis Ecclesiæ festum diem solemnem quotannis à fidelibus decreto celebrari præcepit, non officio, tam nocturno, quàm diurno auxit, & ut is ab omnibus maior cum deuotione, & reuerentia obseruaretur, indulgentiis maximis perpetuò duraturis, donauit: *Rat. diu. lib. 7. c. 47. & ult.* Quæ omnia in præfenti Præfulis infulati Ecclesiæ benedicentis Symbolo apertissimè representantur.

## Emblema VI. Tabulæ ad dextram.

De titulo Doctoratus Ecclesiæ D. Gregorio attributo.

*Dedit enim eum Dominus Doctorem iustitiæ, & desiderare faciet ad nos imbrem matutinum. Ioel 2.*

Exro, & vltimo hoc dextræ tabulæ Emblemæ, multitudinem quandam librorum representante, Doctoratus ipsius Pontificis, qui ob singularem doctrinam, & scripta quæ edidit doctissima, inter Sanctos quatuor præcipuos Ecclesiæ Latine Doctores referri meruit, ut Panuinus in epitome, aliq; tributi, cum Ecclesiæ attestantur, significatur. In omni enim scientiarum genere